

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

in Gymnasio Patarvino perscripta; quam ille ante hos XII. annos, me inscio, primùm edit
dit Bononie in suo supplemento Ephemeridum; estq; recusum hoc ejus opus cum epistolâ
meâ, Anno M. DC. XIV. Francofurti.

Cum autem Commentaria mea jam dicta, de motibus stellæ MARTIS, tanquam
partem operis Tabularum à TRCHONE BRAHEO relicti, primùm incepta Benatica,
ediderim post annos à morte TRCHONIS octo: Maginus morarum impatiens, ex eo opere
computavit Tabulas Prostaphareeon MARTIS, ex fundamento quidem à me positis,
at formâ tamen usitatâ, easq; partem fecit supplementi sui; repetivit & Tabulas motuum
solis & lunæ, ex Tomo I. Progymnasmatum. Millenarium verò Fixarum plenum, & per-
fecerat TRCHO BRAHEUS, antequam veniret in Bohemiam, & Exemplaria manus-
cripta passim ad Bibliothecas Regum & Principum transmisit. Unius Viennam misse
lator ipse fui, cum Anno M. DC. Benaticâ Bohemia discedens, inq; Styriam pergenus,
Viennam transisem. Ex horum igitur Exemplariorum uno crediderim Johannem Graen-
pergerum è Soc. Jesu, has mille fixas in suam de fixis editionem Romanam derivasse; nam
numerici consentiunt. Eisdem mille fixas Longimontanus in suam Astronomiam Danicam
inseruit, unico longitudinis scrupulo differentes.

Keplerus quid
ad RUDOLPHI-
NAS contule-
rit.

Ita jam diu est, cùm ex hoc Astronomia BRAHEANÆ naufragio Tabulas exceptas,
cymbæ quisq; sue affigit: constatq; studiosis Astronomiæ plurium testimonio, quanam ha-
ram Tabularum partes TRCHONIS BRAHEI sint genuine, que vicissim mea: aut quibus
novam ego formam indiderim. Observationes certè fundamentales praesentis etatis, ubi-
cung; potui, ex solo BRAHEO delegi, ceterorum & meas nonnullas, tantum aut consensus
causâ, aut quia TRCHONICÆ ad dies mihi opportunos non supperebant, adscivi.

Verum de hisce singulis & dictum est nonnihil in introductione ad meas Epheme-
rides, & plura dicendi locus erit alius. Tabula enim manuaria debet vacare pondere,
quod à prolixis commentis eis accederet. Interim habet lector editam à me Anno M. DC.
XXI. Epitomes Astronomiae partem Theoricam: in quo libro & formas Hypothesum
particularium, (generalis enim ut in Commentariis MARTIS demonstravi, communis
est & PTOLEMÆO & COPERNICO & TRCHONI) & methodum, computandi ex
iis omnes & singulas harum Tabularum partes, inveniet.

Cause com-
positionis Ru-
DOLPHINARUM
tam diu tractæ.
Imò jam vice-
simus sextus.

HIC antequam desinam, locus quidem me admonet, ut excusem moras editionis
Tabularum istarum tam diurnas; quippe hic vicesimus & quartus est à morte TRCHONIS
BRAHEI annus; quo ego toto tempore trium IMP: Austriacorum stipendia mereo
aulica: quibus accessit posterioribus annis etiam Procerum Archiducatus Austria supra-
niana stipendum annum. Verum si tempus dudum amissum aliter pensari nequit,
nisi & temporis & opera praesentis impendio: potius igitur praesentia retineamus, elapsa
relinquamus in uituperio. Etsi difficultates aulicorum impedimentorum, praesertim bellis
intercurrentibus, neg. expertis commemorare necesse est, neg. ignarî persuadere facile.
Quid verò, superat iis difficultatibus, meditatione sim interim consecutus assiduâ, qua
commoda ex moris contentioni meditationum interpositis redundaverint in perfectionem
Philosophiae cœlestis; & libri mei loquentur, quos interea publicis usibus exhibui; & ra-
tio ipsa philosophandi, novitasq; inventionum, totiusq; Astronomie translatio inopinabi-
lis, à circulis fictitiis, ad causas naturales, indagatu profundissimas, explicatu & calcula-
tu, primo meo conatu, difficilimas: hac inquam & similia, pro merationem temporis in-
telligentibus reddent sufficientissimam.

Apologia no-
vationis circa
circulos reales
abjectos, cau-
fas physicas in-
troducetas.

FORTASS E verò hec à me commemorata mora, in naturalibus motuum causis e-
ruendis, aliquibus supervacua, importuna, quin & irrita videbitur. Quibus cogitatio-
nibus ego jamdudum & in introductione ad Ephemeridas, quo loco respondeo Davidi
Fabricio, & in Epitomes Astronomiae fol. 5. capite de causis Hypothesum, & fol. 334. & in
libri IV. prefatione, & fol. 622. considerationes alias idoneas opposui. Etsi sufficere mihi
vel sola ista defensio potuit: quod que TRCHO BRAHEUS in Theoria lunæ constituenda
primùm concepit animo, publicèq; pronunciavit, Videri causas motuum esse physicas;
quod quidem aliter ei videri non potest, qui soliditatem orbium rejicit: hæc ego, inquam,
in planetis omnibus ita se habere, conatu non infelici & demonstravi, & ad calculos re-
vocare docui: eaq; ratione primi RUDOLPHINARUM authoris, Magistri mei, sup-
positiones & effata, pro ingenij mei captu & asserui & roboravi.

SED